

Pierii Val. Rhinoceros.

ES
 ctatur nares gemino cornu insignis, qualem celebrat Martialis. Præterea qui D
 nuper allatus est ex India inferiori ad Lusitaniæ regem, cuius imaginẽ ad Leo-
 nem x. P. M. transmissam vidimus, vnum quidem in nare cornu habet, alterum
 supernè prorumpit, non ad eò magnum, sed prævalidum esse Lusitani omnes,
 qui animal viderunt, attestantur. At longè curiosius hoc videndũ in Diuinis si-
 quidem literis *μονοκέρωτα*, & *βίβοκέρωτα*, Vnicornè scilicet & Naricornè plerisq;
 locis confusim acceptũ fuisse, nimirũ à nouis & veteribus Theologis, qui cùm
 historiã ignorarent, duo hæc vnum eundemq; esse crediderũt, ita vbiq; ab aliis
 vnicornè, ab aliis naricornem vno eodemq; loco positũ inuenias. Id quod ac-
 cidisse puto, quòd, vt diximus, pleriq; horũ idẽ esse animal arbitrati sunt Rhi-
 noceronta & Monoceronta, cùm alioqui longè diuersa sint, separatimq; à Plini-
 o vtrunq; positum, qui libro octauo capite post vigesimum primo, Monoce-
 rotem æsperrimam ait ferã, reliquo corpore equo similem: capite ceruino, pædi-
 bus elephanto similis, cauda apro, mugitu graui, vno cornu nigro media frõte
 cubitorum duũ eminentè. Quæ quidem descriptio eũ signat, quem vulgus
 Halicornũ vocat, quem aiunt pudicitia: ita amãtem esse, vt nõ nisi puellæ vir-
 ginis ope capi possit, quã venatores ibi statuerint sedentem quò animal id po-
 tum pabulatũm se conferre animaduertent. Accurrere enim vnicornè ad
 puellã huiusmodi, inclinatumq; caput in eius gremiũ collocare, altissimò-
 que mox occupari somno: signòq; venatoribus à puella dato approperare eos,
 & ferã nullo negotio capere: atq; hoc vnus tantũ cornu præmio, q̃ contra ve-
 nena pollere prædicant: ramenta quippe eius efficacissimè sanare, & toris stra-
 tis partè eius impositam, si quid veneno vitiatum apponatur, sudorẽ emittere.
 Rhinoceronta verò eodẽ libro Plinius capite XX. ponit, qui corau nõ in fron-
 te habeat, sed in naribus: alterum eum à Dracone hostẽ genitum elephanto, &
 quæ superius allata sunt de vtriusq; pugna. Sanè alibi in Diuinis literis Rhi-
 noceronta hieroglyphicũ esse fortis & robusti viri, vt superius dictum notat Eu-
 cherius citato ex Iobe loco: Nũquid volet Rhinoceros seruire tibi? Et apud Ba-
 laam scriptũ inuenias, Cuius fortitudo quasi Rhinocerõtis, vt Latina pleræq;
 omnes habent interpretationes, quamuis Sanctes vnicornis reddiderit. Igitur
 si quid aridandum, cùm Psalmo hoc vigesimo primo cõparatio referatur ad
 animalia robustissima & indomita, diuinũq; auxilium contra eorũ imperum F
 atq; vim imploret, quippe vt Chaldæi & Arabes exposuerũt. Salua me à fero-
 ci fortissimo sicut leonẽ, & à rege potẽte, cui? potẽtia sit sicut Naricornis, ea-
 q; pleriq; lectiõnẽ probet, nõ dubitarim afferere loco hoc Rhinocerontis lege-
 re. Vbi verò Psalmo x x v i i i mentio fit amabilioris animalis, dicatur quippe
 Sarion apud Hebræos, quod Græci reddidẽre *πυγελιμύχως ἢ ὡς μονοκέρωτα*, La-
 tini verbũ verbo reddetes, dilectus quẽ admodũ filius Vnicornium: vetus etiã
 traductio Vnicorniũ habeat, nulli dubiũ esse crediderim, quin, castior istius lo-
 ci lectio sit *μονοκέρωτων*. Atq; hæc, mi Domine, sunt q̃ super Elephanto, qui Rhi-
 noceronta secum trahit, colligere per occupationes licuit. Tu qui a:ratẽ omnẽ,
 horasq; omnes assidua: lectiõni soles impendere, longè illustriora reconditio-
 raq; forsitan inueneris, quæ si ad manus meas peruenire nõ potuerũt indulgẽ
 dum est mihi: non enim ignarus es quantum mihi Principũ obsequia, negotio-
 rumq; turbationes de studiis literarum subtrahant, crebrisq; me interpellatio-
 nibus auocent. Quare tu atq; alij, qui vitã meã rationẽ inspicitis, mihi estote
 æquiores, cùm præsertim admoneat Maro, neminem esse, qui possit omnia.